Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Chronica. n. 688. 1

Quondam sex diebus perfectum est universalis creatio mundi et sex etatibus perficitur huius reparatio Quare dicte tres huius qui principaliter factum mundi in ipsis sex etatibus recensent et principaliter nominati et magnifici fuerunt emulum meruerunt alia continent theologicas Iuvencus pius et ideo ad horum habendum cognitionem sub scribitur tabula prius distincta per sex etates. In prima namque columpna huius tabule que est de lineo croceo de nigro colore et rubeo ponuntur ipse ipsone cum tribus suis. In secunda vero columpna que est de litteranimata et nigra ponuntur quedam principia diuersa que in ipsis tribus euenerunt. Illis vero de nigro qui numero de rubeo supponuntur ab adam usque ad xpm est sciendum opinionem lxx interpretum Quod ideo ponitur ne cum lector inceperit ratione diuersorum codices inuenerit discrepare et causis diuersitatis possit negligere in minori fidem magis debeat adhibere Explicat prologus.

Modus exponendi Sacram scripturam.

Sacre scripture inuenitur quadruplex exponendi modus Primus est hystoricus per quem datur intelligi quid sic factum huiusmodi res sint species s. annalis kalendaria et effemeris. 1. Secundus modus est moralis sive tropologicus per quem ex eo quod factum est datur intelligi quid sit faciendum. Tertius est allegoricus per quem ex eo quod factum est datur intelligi quid sit credendum. Quartus est analogicus quasi sursum ducens per que de eo qd factum est datur intelligi quid sit faciendum et credendum sit sperandum. Deleta dat hystor. quid credas allegoria homilie quid agas quid speres anagogia quid. Hanc dat sacram scripturam diuersi translatores diuersis temporibus ediderunt. Nam anno incarnationis dom. anno 381 tribus plus minus septuaginta interpretes floruerunt. Post ascensionem dom. anno 122. Aquila primus interpres ex hebreo in grecum floruit regnante Adriano. Deinde post annos 43 regnante Commodo floruit Theodocion. Deinde post annos 30 sub Severo floruit Symmachus. Deinde post annos 8 quinta edicio est inuenta que quia auctor ipsius ignoratur